Straverit, ingenti tot rigens vulnere premeret,
Totq; Solo Phœbi, et montes, dilapsus harenas,
Sedantem sanie, et sanie, sagittaq; cruore,
Vel quæ dum tollens arcum splendida solus
Insequitur, dum tot pecudes errata sagittis
Dejecerit, et rapidis ut Phœbeus ignibus ardens
Irrita. Nunquam fugam rapida Penea per agros
Concita non fessus pariquam, nec ille pedibus
Victa capessebat; longo cum festa labore
Constitit, atq; ardens Phœbi ad sua pectora palmas
Hæc superos vana pro virginitate precata est.

Dij, quibus ipsa mee olim hunc uirginitalis honorem
Deuoui, Iuq; o Genitor chariſsime uiam
Vota precesq; Deus Lingua mortalis quicquam,
Vim superi probibet, meum et seruate pudorem,
Aut Delius præcor, sic nobis nunc ima desiscat.
Audijt, ætq; imis tristis Peneus ab undis
Scit nate pater auxilium; quod ferre petenti
Nunc potuit, quæq; ante omnes et corpore nimphas
Præstabat, pulchra et facie; nunc frondibus arbos
Præstat, et antè alias uiridi tempora cingit.
At tua non deerant olim qui dicere facta
Audebunt, nomenq; tuum super æthera tollant,
Et plectro grauiore canant tua tempora VARCHI.
Felices quibus hoc unquam formosus Apollo
Annuerit. non me tantum, nec diuitis agri
Munera, nec tantum Frigijs innixa columnis
Regia iuuent, non ipsa magis nec Regna, nec Vrbes,
Quam meritas nostro complecti carmine laudes.

Vestinum dulcers Musarum uisere coetus
Virgineúmq; Helicona Puer consuerit, et omnes
Causas [illegible] sequi, [illegible]
[illegible] ut fœta implerint omnia cantu.
[illegible], non [illegible] Phœbi tardum, [illegible] Soiones
Carmina, non quæ St. mirata: Hæc [illegible]
Quin ipse Thaliæ fera, rapuitq; mouere
Sepe feras, rigidosq; uiros, et flumina cursus.
Hæc tua me [illegible] docuerunt fœcundia dictis,
Hinc, ut Naturæ causas, atq; abdita rerum
Claustra, uiasq; uias, lunæq; laborem,
Ceteras etiam quæsiuit addiscere linguas.
Quamuis et patria gaudet sermone uideri
Et quantum ingenio posses, satis omnibus unus
Ipse uideo Iouis imperijs, et munere Diuum,
Illectis Latij rebus; patriæq; tumultu
Iampridem summo Cosmvs demissus olympo
Haud dubie ostendit; tibi iam committeret um
Scribendas Patriæ clades; pugnataq; bella;

Atq; obsessa diu totius uiribus orbis
Menia: tum nomen genitoris, et inclyta facta
Moribus utq; etiam atq; animi probitate, fideq;
Et merito ad tantos fueris perducta honores,
Vnde tibi decus etenum, nomenq; parauis.
Hæc mihi si liceat minus, et quę plurima possent
Præterea dicti dete doctissime VANCHI,
Omnia carminibus complecti; non mihi certe
Hæc fuerit tentasse minus; nec gloria parua
Hinc nobis, nec paruus honos quęretur: et ipso
Quod canimus, nostrum uiuet cum nomine nomen.
Quod modo si inceptos non aspernare labores,
Et nostra te aliquid, quacunq; e parte tamenę
Delectant, quęcunq; olim me fata manebunt,
Quicquid ero, non ipse unquam tua dicere facta
Desistam; semperq; meis tua gloria cãtis,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; legentur.

Jo: Batista Pellegrinus.

Versi Latini

Mariæ Medicis Principis Clarissimæ Tumulus.

Cum MARIAM Medicem summa uidisset ab arce
Immaturo erectam funere Pallas ait:
Hæc mea cum cœlo contexeret, balteat orbem
Terra, sed extincta, nil nisi terrea iacet.

Traduttione di Michelag.o Vinaldi.

Pallade uegghiando dal sublime Cielo
Hauer morte crudel tolto di terra
Dell'alta stirpe Medica, e dal Cielo
Gentil Maria scesa poco anzi in terra.
Disse: bene hebbe ond'aggualiarsi al Cielo
Mentre tra Noi uisse costei; la terra.
Hor, ch'ella è morta in terra, e mia in Cielo
Terra è la terra, e non più tarsi al Cielo

2

Ad Franciscum Mendotium Caed: amplis:

Nunc demum Senis consultum ault bene Cæsar,
Quia Etrusca olim regna beata tenet.
Cum te MENDOTI legêre ex omnibus unum
Doctrina Prisci, tum pietate parem.
Cui tantam imperiò moderandam, ac legib, urbem
Ornandam, et sanctis moribus acciperes.
Publica Senarum sic res extincta resurget,
Immo etiam antiqua, te Duce, maior erit.
Ego, nec Augusti, nec magni regna Cosmi
Vota, licet meritis forte minora tuis.

Ad Julium Stuffam

Ego et Te Jolli nostri mos improbus ævi
Viderit, et recto consilio abstulerit!
Ego tot, ac tales tam pulchro è germine flores
Nullis præmetis fructibus aruerint!
Nec quicquam nostri monitus, præceptaq; nostra
Tolq; præceptanto profuerint studio!

Sic quandoq; suo volitantem flamine Cymbam
Vis venti in Syrtes egit, et in scopulos.
Sic etiam Lucem tranquillo mane serenam
Eq; dauit subitis imbribus eluuies.
Sic seu, sic quondam frementi turbine nimbus
Perculit horrisonans nimbus, et abripuit.
Me dolor et luctus, sed te quoq; damna sequentes
Atq; pudor damnis peior et interitu.

Ad Cosmum Medicem
Flor: Ducem

MAGNUS eras tez se, sed maximus inclyte Cosme
Palleret magnanimi Tullius ere tibi:
Et nunc te foecto, quo nec felicior alter
Nec melior, multo se quoq; maior erit.
Cui afflicta suisq; diu prostrata ruinis
Tala ters itezum tollet ad Astra Caput.
Et decus antiquum, et uetere tum facta alta Parente
Insignibus, prisces egressa labor.

Ad Alexiannum Saluiatum.

Saluiadum spes alta domus ALEXIANE mihiq'
Quam uita atq; ambo lumina cara mea.
Non nulla à nobis tibi uenit epistola, ne me
Esse putes non gratum immemorem tui.
Nang ita desidiæ tigri, et torpedo uetorum
Sustinuit animum mentem animumq; mihi:
Non deseram calamum uix unquam ut tumere tos
Et dia amicitiæ sat tacere effugis:
Ego commodi culpam non ipse, sed omnem
Substinet effeto corpore languor inest;
Exculta ut taceam, nec pagina nescia, quæ me
Longe etiam solito distinuere magis.
Proxes ipse, nec dedignabere Amico
Vt ualens tandem scribere, gratulegera.

Cæsari Herculano

Si res conueniunt uerbis si et consona uerb
Sunt uerba Alcidor, Cæsar erit q̃ uirtual.

O PAVLE Vrsine, celamenq; et Glozia gentis
Mannanimi è Cesiæ deditionem atq; eorum
Qui duri; Martis, qui'ense Palladis artes
Sauitæ exercent colonæ: mente tenus.
Immensum Lætare, tibi fœcundus ager,
Qua nulla est usquam fœlicior, aut ditior.
Et fundens nobis numerosam fa cito proles
Quæ Latium, et magni Tyberidis arua regat.

Ad Sylvium Antoniarum.

Mannanimi Ducis et Iberæi pulcherrima, et alta
Progenies Soli es Antoniane tui.
Quos inter late, uirtute, et maximus annis
Transiberius Patrio clarius ore micat.
Non colere et toto uenerari pectore nostri
Meretis est, digne sed celebrare, tui.

Ad Carolum Caraffam Aprutiæ
Bononiæ legatum.

Nec tibi difficilem tortissima Stracta Lycurgum,
Nec facilem inuidet maxima Roma Numam.

Te eo te quandoquidem nunc mitis, nunc̄q̄ severus
Cum bic exigit ratio, tum illuc rapit animus:
Vide nec iniustos non debita frena coercet,
Et celebrant semper tua mira diva Boni:
Hæc dum Celsinas tuo te moderate habenas
Lentius, exiguas CAROLE Rhenus ait.

LAURENTIO LENTIO
Bononiæ magistratui.

Nunc mea formosa est, nunc̄q̄ Bononia felix,
Ita ego uel magnum LAURE Tybrim supero:
Cum tu iustitia, ac nulli pietate secundus
Alterna laxas frena remiq̄ manu.
Præside te nulli non præmia infligitur, et Re
Præside non ulli præmia extrahunt.
Perge modò, ut nullus sit me felicior Ennij,
Et celebrent nomen sæcula cuncta tuum.
Hæc tibi Apollinea redimitus tempora fronde
Magnus ab exiguo gurgite Rhenus ait.

In Varchium

Dicite foelices animæ, quas posse renasci
Doctoris Sanij dogmata sacra ferunt.
Quam priscor, animam natum migrasse putatis
Augusta in Varchi corpora corporibus!
Mincigenę simul hunc intra migrasse Maronis,
Petrarchęj animam credimus Arpinęn.
Nam Latina Chily modulans, seu carmina Musæa
Ipsor, versus æquiparare solet

Marcus Tullius Berorius.

Ad M. Tullium Berorium

Si verum est animas in corpora posse reverti;
Affirmant Sanij, quod documenta senis;
Ipse nec appellor, nec sum bone Marce Petrarcha
Aut quem divino Mincius ore dedit.
Tu vero, ut facis, sic es quoq; Tullius, id quod
Ostendunt docta scripta polita manu.
Ergo quod falso tribuis mihi; vere, ego verus
Do tibi; quod nec te posse negare puto.

Benedictus V.

Ad Benedictum Varchium.

Nostrum Mantua desinat Maronem,
Veronensis ager suum Catullum,
Cesset Bilbilis alta Martialem,
Nasonem quoq; iactitare Sulmo,
Cedant secla nouis priora seclis,
Iam uincant ueteres noui Poetæ,
Tu primis duce Varchio Poeta,
Quem Florentia mater, ac alumna
Natum florida floridum creauit,
Vnus quatuor hic refert Poetas,
Quos tot laudibus extulit uetustas,
Vnus Varchius est, quis hoc negabit!
Prudens grauis, bonus, et facetus
Vnus Varchius est, quis hoc negabit!
Catullus, Maro, Naso, Martialis.

Moraldus.

Ad Joannem Baptistam Morandum &c.

Tuos Hendecasillabos, quibus me
Quod tua est bonitas, benignitasq;
Non solum annumeras, o quod esset,
Sed priscis quoq; comparas poetis,
Imo non dubitas, pudet referre,
Illos dicere Varrebo minores,
Tercentum, puto, millies, et ultra
Magno non sine gaudio, rubore
Verum non sine maximo relegi:
Nam quis tam foret, obrecto, immodestus,
Vt se crederet esse, non Maroni
Dicam grandiloquo tuo, aut Catullo,
Diserto, lepido, uafro, uenusto,
Sed quos Sulmo dedere, Bulbilusq;
Arrii hoc tempore rite comparandum!

Bened: Varchius.

De Benedicto Varchio

VARCHIVS ętęrno celebrat dum carmine Lauri
Dulcisona mulcens, ętęrea uoce chelyn.
Iupiter e coelo numerosq; mirabatur, et artes
Hic ait est proles Delius ipse meę.
Arbor, bonos nemori cadies, quam pessima Ventis
Lędere, nec sęui fulminis ira potest.
Tu frondosa uires meliusq; uiuebris in annos
Aonio cum te nectare Apollo riget.
Et facie uisa pręclari uatis: an inquit,
Mortali diuos egredęre licet!
Phębe, Cupido uelut magnos olim arcus bonore
Hic tibi Vir plectrum, fabriciusq; Lyram.

Fier Vall^us

O scula si non sint, quid castus posset Amator
Expetere, aut castus quid daret ipse puer!
O scula Amatorum libare sit ultima meta:
Sit puerot oscula ultima meta dare.

Alexander Puccius Benedicto Varchio

Dum magno gratus Cosmo clarissimus orbi
Vive, et Supremo dedico cuncta Deo.
Non inuisa mihi, torpentia per uada, cymba
Ducitur, ut uita fraes̄ patrez à misera:
Neue foret quicquam, quod finem arcêre beatum
Hunc posset, fraudi quem mezuere hominès,
Iuuentus iam est, quæ cantet mea funera cunctes
VARCHIVS eximius, VARCHIVS alter ego.

Ad Alexandrum Puccium R.

Cum mihi ALEXANDER clarissime, et optime cultum
Misti cum culto carmine epistolium:
Scilicet ut nostros consolarêre dolores,
Et tristem, quę me torquet, amaritiem;
O dulcis nuper sublati fratris Amici,
Qui mihi erat longe carior hisce oculis
Vi pietate tua poteras, neq; moribus istis
Dignius, aut nobis gratius efficere.
Et quoniam tu me reuocasti à limine mortis
Ipse tibi hoc corpus debeo, et hanc animam.

Ad Benedictum Varchium. In obitum
Lucæ Martinij. Jo: bap: Concin:

Quòd nos ad lachrymas, boni sodalis
Amissas obitu, admodùm dolendo,
Cur ab, non mihi, tam venustè, et aptè,
Dederunt superi explicare, ut altè
Cordi hærere, novum hunc meum dolorem.
Namq et tu, totius, mei misertus,
Solatus querulum modò fuisses,
Et nossent alij, bonis quibusq
Perfectum numeris, uitum beatum.
Nunc, in hoc ego maximo dolore,
Tantùm reperio hanc mihi quietem,
Quòd uixit benè noster hic sodalis.

Ad Joannem Baptistam Concinum R.

CONCINE egregij Parentis, atq;
Nostri gloria, queis dedit beata
Brusei fluminis, altiorq; Vallis
Nomen non nimis breue proferendum;
Franciscum siquidem tulit Petrarcam
Quot sunt, quotq; fuere nunc, et olim,
Quotq; post alijs erunt in annis
Musicis Vatibus usq; præferendum,
Nunq; hoc tempore cæteros tacebo,
Vt verum fatear tibi, tui me
Maximo Endecasyllabi dolore,
Et sæuis animi æstibus leuarunt,
MARCINI mihi morte concitatis.
Quare ago tibi gratias, agamq;
Dum viuam, Patriæ & decusq; nostri,
~~Quei clare dedit alta Vallis Nomen, quo magis nos superbiamus,~~
~~Quam quisq; nisi stultus dubescit.~~

Benedicti Varchi.

Ad Benedictum Varchium Obitum Lucæ MARTINII.

Quales aerio è vertice Montium
Amnes primum humili flumine defluunt,
Radices q; suis imbribus arborum
Imas suauiter irrigant,
Ac mox, propositum dum peragunt iter,
Paulatim innumeris fontibus alueum
Aucti, præcipites iam magis, ac magis
Quercus funditus eruunt.
Qualis ue Ismarius Thracia ab ultima
Primum flat Boreas lenis, et aquoris
Vndæ cauisono murmure proximant
Ad primi nada littoris.
Mox dein bremem concitat horridam
Incumbens pelago, nec prius impetum
Furacem cohibet dura minantium,
Quam secum omnia uexerit,

Quassasq; ad scopulos impulerit Notus
Socuũ circumagens uortice turbinis,
Syrtisq; in medias uexerit, et vastax
Alto cinxerit aggere.
Vsquam si lacrymas fundere sueuimus,
Sic lene gemitus, sic querimonia,
Siquid, quod miseri nolumus, accidit,
Sic suspiria trimulum
Non alte petimus: protinodo quę suas
Vires concipiunt non secus, ac leues
Scintillę silicis fomite in arido
Sensim incendia suscitant.
Luctum luctus alit. quando aditum semel
Mœrori penitus quĩ fatefecit,
In mœrore iacet perpetuo, et malam
Auget tristitiam in dies,
Nec fractum animum sollicitudine
Victor præsidijs deijcit omnibus,
Nec se præterea proditus exigit,
Nec carus morituũ suis.

115

Ergo mollitiem hanc protinus abjice,
Et finem numerij flebilibus
Tandem improne · tuos moestus ab ethere
Jam iam precipit auribus,
Luctus, et lachrymas damnat amabiles,
Tactus prisco, qui prius audijt
Voces dulciloquas sospitis, et modos
Quos cantu dare sueueras,
Atq odit querulæ carmina tibiæ,
Postquam in perpetuam lumina condidit
Noctem, ille ingenij cultor et artium
MARTINVS bonus occidit:
MARTINVS probitas, cui parit et fides
Immortale decus, nomen et inclytum
Quod nullo intrecat tempore, dum Poli
Pascent sidera uertices.

Petrus Angelius Bargæus.

Ad Ven. D. Vaccium in obitum Lucæ Mariæ.

Vt Mors telbali percussit ulnere pectus
Lucæ, ore intrepido sic moribundus ait
Quæ summa egregiè, quæ nostro ex funere laudis
Gloria, quæ veniet, quæ spolia ampla tibi!
Cui sacræ geminos LAVRI decantat amores
Daphneo daphnes cinctus honore comas;
Cui dulces ARNI numerosa carmine Cygnos
Cuspezat, Mosæ nobilis alter olor;
Cui fama nobus super est Garamantas et Indos,
Doctrina eloquio, mente, animoq; potens;
Cui capiti lucentes Cœli pallentibus umbris
Vi magnus magna HERCVLIS ingenij;
Ne nigri euellet nigris e faucibus Orci
Fœua quibus ne iam tela dedere tua.
Iamq illo custode fretus secura ad astra,
Et clarus vitam clara per ora refers.

Hieronymus Lanius.

186

Ad Hieronymum Parinum

Ep.m.

Quas tibi IANINE grates, quæ munera dona,
Et pietate tua reddere digna queam!
HASDINUM cum se volantem carmine dulci
Inducis, solet ut mox petituus olor.
Et me tam claro tollis super ethera cantu,
Non ideo ut uideat, qui soleo, esse mihi.
Grata tamen nobis tua sunt mendacia, laude
Quæ me non uera sydera ad alta ferunt.
Nam quis uel talis laudato à uate recuset
Laudari? et fictum nolit habere decus?
Ipse quidem Lucas uentura in sæcula uiuet,
Ibit et æternum docta per ora uirûm.
Nam quæ Tyrreno scripsisti carmina uersu,
Et quos nunc latio concinis ore modos,
Perpetuum illius clarissima nomina in orbem
Diffundent, ipsum subuehentq; noui.

Ad Benedictum Varchium

Cum Laudes homines, valens g lacessere cantu
Divos, quis tibi, quis, quod male dicat, habet?
Quod male nemo tibi dicit Benedicte Poeta,
Vel bene quod cantas carmina, omen habes

Laur. Videoscius.

Ad Laurentium Videoscium. L.

Nolo negare malum VIDROSCI me esse Poëtam
Quod bene non dico sum Benedictus ego.
Qui sic me sacco subreptum è fonte vocavit,
Aduersum teb nomen habere dedit.

Benedictus Varchius.

Ad Benedictum Varchium.

Gaudeo quantum mihi docte VARCHI
Grande Musarum decus, et sacerdos
Quod tuo tandem mecum vocari
Digner amore.
Tanto tantum magis, et meorum
Debeo rex, domino, et patrono,
Tradidit, qui me tibi, certatim
Sepè quod esses

Ille ecce festus mihi semper, ille
Semper, et signo notandus
Quo die nidi tua neza nostro
Brachia collo.
Mollius cingunt hederæ columnas
Baccias nectit uaga uitis almas,
Nostra quam nodo eligat tenaci
Pectora uictus.
Iam tuę quondam mihi nota magnę
Fama uirtutis fuit; addidisti
Multa tu præsens mihi uisus ipso
Nomine maior.
O
mnis assurgit tibi; te loquentem
Doctus, et Phœbi chorus obstupescit;
Siue tu certo pede, seu soluto
Scribere mauis.
V
ive felicem, nocuique uitam
Liberam curis; age dic CARINI
Optimi claram ingeniùm aut amatæ
Phyllidis ignes

Inter hæc docti meritos honores
Lentij ne tu taceas, et illi
Plurimam nostro rogo, die salutem
Nomine VASCHI.

Franciscus Ronconius.

Ad Franciscum Ronconium S.

Quę mihi multi sales, atq amoris
Plena misisti bone amice nuper
Carmina ex omni celebranda parte
Grata fuerunt.
Non quod ad Coelum lepide, ac venuste
Me quidem falsò tamen extulisti
Nam mihi de me, volo nec ipsis
Credere amicis.
Sed quia in terris nihil esse dulcius
Dulcius, nec quod breuat magis, quam
Omnium se se studijs probare, ac
Plurimum amari.

Optimum clari ingenium CARINI
Concini debet grauiore plectro;
Dedecet magnos tenui Camena
Dicere honores.
Ecquis nam quis tacitus relinquat!
Quisue tot doteis animi referre
Audeat! si non tua Musa, quę nil
Carius illi

Ad Albertum Bolognectum

Vt te magne Puer magni Patris incrementu
Albertum amplector, aspicio q libens!
Iam nunc prospiciens animo qualisue futurus
Et quantus sit te uiuere fata uolent.
Cur autem nolint! nisi si rara omnia nec hoc
Tempore decerpant, uertere funeribus.
Ergo care Puer, cari Patris incrementum
Viue diu, et seclum pergè beare tuum.
Et me qui uestrum iampridem admiror utrung
Dilige, uti magnus diligit ipse parens.

Benedictus V.

Ad Benedictum Varchium.

Nqui equidem Lato quam mors dominet in orbe
Juris, et heu quantum uendicet illa sibi.
Per terras semper, quę omnes vimpune vagante
Atq hominum passim corpora sternit humi.
Sed mea quid refert! nomen quando inclite VARCHI
Ipse poter letho surripuisse meum.
Non igitur dubites, quin te per ame mq, colamq
Qui mihi mors quantum detrahet, ipse dabis.
Qui me, qui Patrem mito sectaris amore,
Totq animi prebes pignora certa tui.

Ad Achillem Bocchium.

Bocchi ego te Laudem! Laudem te ego maxime Bocchi.
Quem uix miratur, uix coluisse queo.
Ipse quidem dignus Laudari, at non ego dignus
Qui Laudem, cum sim Laude tua inferior.
Ergo mi Bocchi doctissime, mi optime Bocchi
Te laudent alij, mirer ego atq colam.
Atq utinam ingratus ne dicar, neve malignus
Sit Te mirari, sit coluisse satis.

Bened: Var:

185

Benedicto Varchio

Maxima de minimis facere est natura opus, unus
Maxima de nihilo Rex facit omnipotens.
Non modo de minimis meritis facis inclyte nos
Sed tibi, cum libuit, maxima de nihilo.
Naturam, atq Deum equiparas clarisse VARCHI
Diuino Laudes dum canis ore meas.

Ad Benedictum Varchium.

Nostrum sume gelu, quod cum gustaueris ipse
Esse quod est, poteris iure negare gelu.

Sebastianus Corradus.

Ad Sebastianum Corradum

Qui Corrade ignis, que nix in pectore neo est,
Et Tanais Calidus frigida, et Etna foret.

Ad Eundem

Frigida sint, an non tua munera nescio, verum
Hoc scio, quod non sunt frigida mitra tua.

Idem.

Ad Caesarem Hezeulanum

De Te quid credam! non tantum nomina, sed eos
Hezeulis, et magni Caesaris unus habes.

Si res conueniunt uerbis, et consona rebus
Sunt uerba Alcides Cesar ezig simul.

Ad. Matheum Greforium

Nobilitas, et opes, et rare gradia forme
Sunt fragiles, et quas uel leuis aura rapit.
At uirtus stabilis possessio, firmaq habetur
Gaza. Vt, quam nec mors rapere ipsa potest.
Quod si uirtuti per se clarissime honores
Iungunt et forme nobilitasq et opes,
Tunc demum uere felix, planeq beatus
Efficitur, bona tot, cui dedit ipse Deus.
In primis ergo uirtutem, cetera postbane
Excole: Mortales que facit una Deos.

Ad Benedictum Vaechium.

Versio de uero cum Tu loquereris Amore
Quod dixi, atq probo, dixeris, atq probes.
Dixi ego precedat meritorum summa sequari;
Vt nascatt Amor, nostraq mens at amet.

Vanaq̃ nunc etiam probo non dixisse, sed apta
Exprezior sed quę uera magis Reipode.
Nam ut nosco tantis Te VARCHI o maxime biten
Laudibus, oraq̃ per docta uolare Virũm.
Protinus hinc amo Te: sed et hinc fit, protinus ut
Admixer tantum te obstupeamq̃ simul. Vale

Ber: nus Realinus

Ad Bernardinum Realinum.

Dico ipse atq̃ probo, quod tu dicisq̃ probasq̃
Nam quę tu affiemas, quis Realine neget!
Me tamen et meritis non precedentib⁹ illis,
Ipse tantum uerè uerus adussit Amor:
Ni tu forte uoces meritor⁹ nomine magnę
Fortunę, aut animi, aut corporis ampla bona.
Nam quis amet pulcrum quod non sit uel utile et
Et pulchri appello nomine quodq̃ bonum.
Ipse tibi fortasse bonus sum uisus, et hinc est
Quod me adeo, si non falsa loquaris, ames.
At Te ego non uisum, tantum de nomine amaui
Ingens sed meritum non leue nomen habet.

B. V.

Sebastiani Corradi Tumulus.

CORRADUS iacet hic: tristis uenerare sepulcrum
Quisquis es ingenij, uel probitatis amans.

Forsitan plangis, et con pietosa mano
Sparga'à questa Urna ogni più caro odore.
Ai dentro il dotto, e buon SEBASTIANO
CORRADO ha l'ossa, e'n Ciel suo stato core.

Ad Julium Nobilem

Eximie quod te Juli bene amemq', colamq',
Non tua nobilitas, nec tuę opes faciunt.
Eximie sed quod me mutuò amasq', colisq'
Et summo, quod sis dignus amore, cali.
Hinc mihi desiderij me amare, et amabilis esse
Ipse es. te summo semper amore colam.
Et uelut ipse nihil bone Juli te peto frustrà
Sic tu nihil frustra mi bone Jule petes

Votum ad Apollinem pro Cosmo Medice Florentinor. et Senensium Duce Ferdinandum Febrim habente.

Ut a: Lauree tibi Phebe tuis appendimus aureis;
Sic pias humili fundimus ore preces.
Tu Dueis etruscii, quo nec prudentior alter
Nec melior facilis languida membra leua.
Nec te magnanimo Diuum pulcherrime Cosmo
Deniteat sanctas applicuisse manus.
Ille quidem egroti sed non solus: quia secum
Iustitia, ac pietas, cum probitate iacent.
Huic quaeso: tua propera: non hoc te Vaccine
Tota sed illius nomine terra rogat. (Ode 1)

Ad Baccium Valorium.

VALORI, quo nil mihi dulcius aut magè gratū
Si licet, et fas est obsecro die quid eras.
Ciuilis num Tu sinuosa volumina iuris,
An tritus magnum voluis Aristotelem.

Ipse ego, spectantes dum findit Sirius agros,
Omniaq; ardenti sole recusa rigent,
Ad Gallum densa frondosæ uitis in umbra
Prostet aquam recubans otia lentus agat.
Ille quoq; idem ut facias ualde moneoq; rogoq;
Socium te: cum hostis uincere, uelle mei.

Ad Cosmum Medicem Florentinor.
et Senensium Ducem.

Vis bellando Alij, tu tantum bella mouendo
Cosme fugas hostes, regnaq; uictor habes.

Ad eundem.

Hostes ut uincant Alijs bellare necesse est.
At tibi Cosme uni satis est indicere bellum.

Ad eundem.

Arma parant Alij, Classes atq; agmina cogant
Vt uincas satis est uincere uelle, tibi.

Ad Eundem

Qui uenit, uidit, uicit tibi maxime Cosme
Impar, qui solo nomine uincis, erit.

782

Ciuibus egregijs hęc aurea porta lucat
In qua sic dictat nobilitatis honor.
Hanc urbem decus imperij peneeale tutetis
Que tetra prauor colla ferire solet.
Maioris balee rabies erat improba multum
Illa quid hęc posset uictag sensit ebus.
Annis mille decem centum cum quinque peractis
Ex quo concepit Virgo Maria Deum.
Pisanus populus uictor prostrauit ultrang
Hisg facit Strages ingeminata fidem.

Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

In questa, che s'appella porta d'oro.
È s'apre à' ualorosi cittadini,
Così l'honor di nobiltate detta,
Esser questa Città pensate fuore
Dell'Imperio la gloria generale.
Che i Colli empij de' Rei funendo taglia
Era Maiora più rabbiosa, e fera,
Che tosse groua; e pur battuta e uinta.
Con chiusa sentio di Pisa l'Armi:
Nel mille cinquecento dieci, e cinque
Poi che Colei, che tu Vergine, e Madre
Ne diede il Re dell'Vniuerso al Mondo.
Il popolo Pisan l'una, e l'altra Isola
Gittò per terra uincitore, e larga.
Fede la rotta raddoppiata fauore.
Sopra ogni cosa la ragione amate
Voi, che'l Mondo, e le genti giudicate.

Florentia loquit.

Incolumem, salvumq; meum mihi reddito tandem
Roma Ducem: Dominum iam mihi mitte meum:
Sat tibi Joannes, magni decora ampla Leonis
Qui referet Medica sat tibi gente Pius.

De Cosmo Medice Florentię, et Senar. Duce.

Cum Buscum magnę linquentem moenia Rorę
Vidisset flavo Tybris ab amne Ducem,
Flevit et ò dixit; Regum Rex optime siste;
Siste hęc sunt sceptris culmina digna tuis

De Illmo Principe, et Card.

Cardinale Joanne Medice.

Cum Medicem septem mirantem culmina Tybris
Spectasset, nascens ora Leonis ait:
Regna vides olim manibus subiecta tuor
Atq olim manibus subjicienda tuis.

Antonio Beniveni

ANTONI qui tot Proavos, clarumq; parentem
Nec minus ingenio, quam bonitate refers.

Jampridem nisi te magno complector amore:
Ai tecum semper diuam, obeamq; libens.
Invisus Phebo, ac DAMNIN, DAMYCMq perosus
Inteream, nec me quęso, CYRINTVS amet.
Te dilectum cur ergo, et te unicè amantem
Non uisis, eam se fregerit ipse calor!
Non spretes solitum tenueis contemnis amicos
An uero sordent cura beata tibi?
Cura beata. Alijs sordent tibi? si tibi cura
Sordida sunt., ualeant sordida cura tibi.

135

LAVRENTIO LENTIO.

INFICIVNT nobis iampridem tempora cani,
Debilitatq; graues tarda senecta pede.
Lustra nouem clausit, totidem cum mensibus, anni
Iam mihi, et incipiunt ocyus ire dies.
Me tamen (ut quondam iuuenem) delectat amare:
Imò iuuat iam me præter amare, nihil.
Sit fas tam castis ignes, tam sancta referre
Officia: an pudeat dicere uera senem?
Si unq; dilecti decedunt pectore uultus
A nostro nunq; pectore Lesbius abest.
Et quamuis de alijs longinquus dicat amoris,
Præsentem semper mi facit ipsa Venus.
Illum clara dies: illum nox atra, sopitis
Sidcribus, nobis semper amica refert.
Cum brumali [illegible] tempore fr[illegible]
[illegible], et cum syrius [illegible].
[illegible] etiam [illegible] aquora, mensis
[illegible] mobilitate feror.
Et [illegible] cura gelu, semp[illegible] friani,
[illegible] ordine regna [illegible] pere.

189

Q ua Rodanus, qua lenis Arar, qua segnis Arar
Perfundit campos Gallia culta tuos.
Nec me tunc uentis leuiore aut cegra moratur,
Aut tardat celeres pigra senecta gradus.
Quamq; (si uerum liceat dixisse) nec undas
Nec terras opus est transilijsse mihi.
Quocunq; aspicio: quocunq; incedere pergo:
Quicquid ago: quouis tempore; quouis loco:
Aut loquar: aut taceam: seu lux: seu sidera fulg:
Sive calor: sive tellus: frigore sive riget:
Mihi oculis semper cara obuersatur imago,
Si quid uero credere uera licet,
Et uideo, aut certe uideor bene blanre uidere,
Et longum amplexu collo quod figit frui.
Tanne refluens animo, quæ sic mansere recepta,
Mens mihi, ut nullo tempore dilabitur?
Tu puer ingenium forma, formam equiparares
Moribus, et nulla mente secundus eras.
Quæ tam inaudita deorum in te facta impia cernam,
Ut te a longo uix potuerim oculo?

Et nimij quoties accusabare laboris,
Nullum unq; aiebas discere posse satis.
Ipse ego iudicium tantum tam mollibus annis
Miratus simul, et talia, toeq; bona,
Quantum nemo potest acie comprendere meneis
Ardebam, notus, carus et esse tibi.
Sed quia non mea me tenuis fortuna iacebat,
Sola fides: solus spem faciebat amor.
Quæ prius non parua fuit, mihi cura colendi
Creuit in immensum pulcher Apollo tui.
O quoties leges, nodosaq; iura perosus,
Turgiaq; insani litigiosa fori,
E manibus, nec non tota de mente, libellos
Abieci; incusans sorrida iussa patris.
Diuitias Alijs, et nomina magna liberter
Linquebam, paruo sat lare, diue, ego.
Musarum syluæ, Musarum flumina, sola
Musarum poterant antra placere mihi:
Quæq; Alij ludis, festis uel sumbus, ipse
Doctrina studijs tempora cuncta dabam.

Sæpe hyeme in media, mediis sæpe æstate, orta
Reperit insomnem pervigilemq; diem ..
Tunc etiam incepi, quamvis male sanus haberer,
Iungere materno patria verba sono:
Non adeo ut nostros ignes curasq; levarem,
Et peterem auxilium, præsidiumq; malis.
Nam mala quis curasq; vocet, querasq; levare,
Queis mage nil carum est, queis mage dulce nihil;
Sed pueri ut laudes dilecti, atq; oris amati,
Et Tuscis possem tollere ad astra modis.
Et memini Dantis magni, cultiq; Petrarcæ
Cum legerem numeros obstipuisse dies.
Nec præclara satis divini carmina Bembi,
Mirari, aut pictam concelebrare satis.
Arcadiæ Pastorum etiam lususq; jocosq;
Carminaq; et docti sic placuere sales,
Post illa ut longe sermonis cura latini,
Nempe minor nobis inferiorq; foret,
Cunctus ut vulgi lingua, fabulaq; loquella
Dextri ego externum querere velle locus.

Vt qꝫ uides calamo inculto, pinguiqꝫ minerua
Scribebam, si qui scribere iussus eram.
Et quamꝫ octonus mihi terruix curreret annus,
Exierat uulgi nomen in ora meum:
Et spem non nullam de me uenientibus annis
Trahueram, quam post diripuere Noti.
His ego confisus sperabam conforе rebus,
Quandoque ut fierem dignus amore tuo.
Nec mea fides animi studiumꝫ fefellit:
Irrita, nec uoluit tam pia uota Deus.
Nam tua me bonitas, nec una laudata, nec una
Sat laudanda, ultrò cepit amare suum.
Et mihi præsentia quæ debent omnia amico,
Sponte sua largè detulit officia.
Tunc ego felici contingere uertice cælum:
Ipsis cælitibus, nec minor esse Deis.
Et modo illa illæsam illæsam concordi fœdere uitam
Semper, ut fratres, uixerimus animæ:
Aeternis si quid placuisset, protinus ambo
Quærebant: unus semper utrique labor.

Quippe eadem semper nobis ingrata duobus,
Atq; eadem nobis grata duobus erant:
Mirari ut nullus non secum: scire nec ullus
Iam posset, maior utrius esset Amor,
Ibas, ibam: stabam, stabas, denicq; semper
Alterius in alterius commoda respicere.
Certe ego te Procer Romana, Palatia et ampla
Deserui magni non semel arua Tybris:
Ipse tuis rebus cunctis, sociisq; relictis
Adstatus barebas usq;, & ubiq; mecum.
Telsina disiunxit donec nos: Telsina docta:
Telsina, quam patria est, uel mihi cara magis.
Si quid enim rerum Naturæ si scio quidem
Diuinum, id totum Telsina me docuit.
Ferrea Bucca illic, aurum, fundensq; smaragdos,
Illi ego si, quid sum, debeo, si quid ero.
Illic Fabritius Garsoniæ gloria gentis,
Iam clare, nec non altera spes Patriæ.
Post etiam Palauij preclaram pergis ad vrbem,
Quo socius, quæ te prosequor usque comes,

A tq; ibi complures una feliciter annos
Egimus, et nunq; non meminisse iuuat,
R ursus ad exiqui (longo post tempore) Reni
Flumina te, rursus me comitante, refers
I nde ubi consultum iuris fecere periti,
Et posita est capiti laurea digna tuo:
T rancorum ad Regem (sic mandat auunculus ipse)
Arripis, e morbo uix bene sanus iter,
& te tecum nostri bona pars Batista Alemannus
Discedit, quo non alter amabilior,
Q uandoquidem egregium, uerbis rebusq; parerem,
Non minus ingenio, quam probitate refert,
T unc ego, quę tulerim sine te dulcissime Lenti,
Vnus qui fueras portus, et aura misi:
V ulnera ne reficem uix dum coeuntia, praestat
Ignorare tibi, quam retulisse misi:
Q uod nisi Strozza meus rebus iuuisset in arctis,
Qui uere post te solus amicus erat,
T ristia me longe cepissent taedia uitae
Qua Phaeton tinxit fulmine adustus aquas.

Ille mihi assistens te docte, ac care Busine
Testor, opem semper, consiliumq; dabat.
Ille mihi in Patriam, quo rursus foret uocabat,
Post multa, & magna incommoda passa iter.
Quo me languentem morbo curisq; grauatum,
Perduxit mira sedulitate comes.
Hic me quæ tandem Fortuna exceperit, unus
Quandoquidem scripsi singula quæq; tibi,
Pernosti, tentasq; mones me fraude petitum,
Insidias caueam, perfidiamq; feram
Parui ego, totumq; uni tibi debeo COSME.
Quòd sum, quod spero saluus, & incolumis:
Ponte mea siquidem Patria semotus ab Vrbe,
Exilium læto pectore dulce sequens.
Quod mihi nascenti tribuerunt sydera, syluis
Vmbrosis lentus rura beata colo.
Et procul à uulgo solis inglorius aruis,
Fælix iam longo tempore uiuo mihi:
Nam licet assiduis nunc hinc, nunc urbibus illinc
Appetar, innumeris afficiarq; dolis.

Non modo non moueor quicq̃: tantaq̃ quiete
Deturbor, sed eam cõger amare magis:
Atq̃ utinam meritas liuenti pectore pœnas,
Non tam sepe mihi supplicium maq̃ darent.
Nostra etenim nimio dum plus ludibria querunt,
Et ficta impingunt crimina mille mihi:
Turpiaq̃ obscœnis, & me lacerantia uerbis,
Postibus affigunt carmina, quaq̃ die,
Et uel Grammatici Puerosq̃ elementa docentes,
Iam sibi contra me, cuncta licere putent:
Si non tantum uulgo ridentur ubique,
Fabula, sed fiunt ludibriumq̃ bonis.
Et me quòd tantis oppugnent molibus unum,
Efficiunt, mihi ne nihil esse putem.
O miseri: o male cauti: Insontes ledere nos et?
Sanguine oppressos sublevat ipse Deus.
An tantum effacinus, nec gloria tanta, paterni
Eloquium, & Thuscas non renouisse deas?
At uel Bembum, quo nec melior, nec doctior alter
Extit, integra percoluisse fide?

Sed quid ego ingrata hæc, prorsus indigna, diu iam,
conqueror, oblitus, dissimilisq; mei?
Vnius quisq; suos mores, sua quisq; sequatur
gaudia, non omnes omnia quippe iuuant.
Illi ne cessent aliorum incommoda uelle,
& bona non alteri, quam sua damna queri.
Vrbanos Alij melius sectentur honores,
Sudorumq; petant præmia, diuitias.
Nos nostros reducamus agros, quibus exulat omnis
Inuidia, atq; omnis stat procul ambitio.
Et Charites, et blanda Venus; Bacchusq; Ceresq;,
Faunique & Satyri, Capripedesq; Dei
(Dum Nymphæ uel serta legunt, uel carmina dicut,
Aut celebrat castas casta Diana choros,
Tunc circum, et teretes suras tremulasq; papillas
Miranles laudant, candidulosq; pedes.
Ludunt lasciui per pabula læta iuuenci:
Affundent simi mollia prata greges.
Discurrunt fereri non longe a matribus hædi:
Non procul a fœta candida balat ouis.

Pastores ipse sabfrondibus arboris altæ,
Corpora securo fessa sopore leuant:
Dum Volucres liquidas modulantur carmina noctes.
Dum strepit aura leui dum cadit unda sono.
Ipse ego Naturæ studio, cœlique relicto,
Rebus post sabitis tempus in omne meis,
Nil aliud studeo, curaq; omniq; labore,
Nil aliud nocteu molior, atq; die,
Quam si mandatum rectè decurrere munus,
Florentinæ consulere historiæ,
Quòd si fata meos, uel rerum oppresserit ordo
Conatus, fuerit uel uoluisse satis.
Nec tamen interdum, nec longa indagine fessos,
Aut nimio pressos pondere, linquat onus,
Non ueterem flammam & priscum cantamus amorem
Quo maior, nec quo sanctior ullus erit.
Namque (fatebor enim) me certè non modo, non dum
Tæduit Ausoniæ, penitusq; Lyræ,
Deridet sed plus augendæ illius amorem:
Ornandæ studium, consiliumq; probo.

A ut caras petimus syluas, iocundaq; tempe,
qua iuga Sanari montis opaca uirent
ic, ubi te primum conspexerimus: sic, ubi primum
Tercussum est tantæ fœdus amicitiæ:
V el qua frondentes ramis in gentibus Vlmi
Spargunt Fesulco uertice ad astra comas:
M urmure, quę leni perflatæ, & suauibus auris,
spirant assiduo frigora blanda die.
C uo tecum immensi spectantem sydera mundi,
Et quibus cœligenæ signa, cadantq; micent,
O lim me tecum memini traducere soles,
Donec ab Hesperio surgeret arce Venus.
E t totas etiam memini traducere noctes,
Donec ab Eois clara rediret aquis.
I sto sed non dum crudelis tempore miles
Et plasq; Gothi Barbara turba manu,
S yluarum, Nemorumq; altos spoliarat Sonores,
Efferaq; equarant, tecta relicta, solo.
C um te uix puerum patrijs pro mœnibus Vrbem.
Tutari, atq; hostes cernibus impetere,

Vidi ego gaudisq; tua uirtute, sequebar
longius audaci castra inimica pede.
Quineciam uenit in mentem, quę dixerat olim,
Presaga, & ductu mens mea Phœbe tuo,
& uentura tibi, cuncta euenisse, nec hilum
Frustrata est sensus Pyeria certa meos,
Atq; adeo ut nequeam, temere quod carmine nostro
Promisi, iuuenis facta referre senex.
Nam quis tot meritis, tot quis uirtutibus æquus.
Esse queat? laudes quis ue referre pares?
Hęc mihi, uti cælo depellunt nubila Venti,
Discutiunt toto pectore tristitias,
Vt nec præsentis uitæ fastidia, nec me,
Venturæ moueant proxima damna necis.
Sat uideor uixisse diu, nec totus obibo
Maior enim tecum est pars, meliorq; mei
Quare nec lacrymas dulces mihi fundite Amici,
Et rude in inculto marmore carmen sicet:
Vatis hic situs est, laurum qui sęper amauit
Et si quid faciat nunc quoq;, quæris amat;